





1732.

1. ² Harpprechtus, Christophorus Fridericus: De curiis superioribus

viciis in Germania. . . . 2 Impl. 1732: 1758.

2. Schaeffer, Johann Theodorus: De insigni praecminentia principum imperii majorum proae principibus et statibus ab eis in Europae regnum. Rec. 1743.

3. Schaefferus, Wolfgangus Adamus: De processu amittendi et quantitate causae.

4. Schaefferus, Wolfgangus Adamus: De probatione contra inrentatum.

5. Schaefferus, Wolfgangus Adamus: De jure praecclusionis a iudicio concursus

1733.

1. Schaefferus, Johann Theodorus: De jure natalium nobilitatis Germaniae.

2. Schaefferus, Wolfgangus Adamus: De processu in extremis in causis criminalibus.

1733

3. Schoepffius, Welfengymnasium : *Notaeae Slesianae et
differenbarum inter jus commune et Westphalicum*

1734.

1. Klapprecht, Christoph Friedrich : *Maehere Anzeig der
Lehren u. besonders der Lehr - Art, welches sich
bedient hat, theilt - - - bedienen wird.*
2. Helffrichius, Fr. Jac : *De eo, quod justum est circa mu-
tationem prioris investiturae feudalis*
3. Moegling, Johann Fredericus : *De eo, quod justum est circa
proportionem in premissis surrogandis*
4. Schrefferus, Dr. Theodorus : *De speciebus eorumque jure
respectu illorum, qui cum ipsorum matre concubuerunt.*
5. Lomelcaldernus, Ludovicus Curator : *De jurisdictione academi-
cae in priviilegiis*

1735

1. Gerlach, Christoph David : *De majestate ac dignitate
ut et receptione, ac et auctoritate legum Romanae.*

rom in causis juris privati, publici ac gentium

1735

2. Hallwachsian, Michael: De legibus generationum
3. Hefferich, Johann Tacatus: Positiones ineq. juridicæ
4. Maithelis, David: Continuatio doctrinae de iis
succinctis quibusdam observationibus illustratae
5. Pappius, Christoph. Muthmann: De titulo patriarchæ
occidentis prout dicitur inter Græcam et Latinam
ecclesias.
- 6a, b. Remy, Guntherus, Albertus: Mixtura juris Romani
et Germanici in materia testamenti et qual
inde dependent conspicua, 3 Junii 1735: 1769.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]







DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE

CURTIS SUPERIORI

IN ALMA M. L. B. U. N. A. 1891

AVCTORI ET RECTORI ATQUE MAGNIFICENTISSIMO
UNIVERSITATIS FRANKENSIS AC DUCALIS

DOMINI

CAROLI CHRISTIANI

ERDMANNI

DE WÜRTEMBERGAE AD THEODORUM, COMITIS CAROLI BERNSTADT
COMITIS WILHELMI FRIDERICI, DUCIS ET HEREDITARIUM
FRANCOGALICAE ET SIBIRIAE

EX DECRETO ET AUTHORITYTE AMPLISSIMAE
FACULTATIS JURIDICAE

IN ALMA M. L. B. U. N. A.

P. R. A. S. I. D. E.

CHRISTOPHORO FRIDERICO

HARPSFELDERO

JOHANNES GEORGIVS MÜLLERUS, *Wittenbergae*

FRANKENSIS, LITHEO. CAROLINAE





Vol. n. 10

Q. B. V. SS. T.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE

1733, 2

PROCESSU
IN CONTUMACIAM
IN CAUSIS CRIMINALIBUS.

QUAM

RECTORE UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO

CAROLO CHRISTIANO
ERDMANNO,

DUCE WURTEMBERGÆ, TECCLÆ, OELSNÆ ac BERNSTADII reliq.
AUTORITATE MAGNIFICI JURISCONSULTORUM ORDINIS,

IN ILLUSTRIS ac PERANTIQUA

EBERHARDINA PATRIA,

SUB PRÆSIDIO

DOMINI

WOLFFGANGI ADAMI
SCHOEPPFII,

U. J. D. SEREN. WURTEMB. DUCIS CONSILIARI, PANDECTARUM ET PRÆXEOS PROFESS. PUBL. ORDINARI, DN. AVI & PRÆCEPTORIS SUMME DEVENERANDI, PRO GRADU,

ET HONORIBUS IN UTROQUE JURE DOCTORALIBUS OBTINENDIS, defendet

WOLFFGANGUS HENRICUS BACMEISTERUS, Tubing. Supremi Appellationum Tribunalis Württemberg. Advoc.

Ad diem Septembr. A. MDCCXXXIII.

TUBINGÆ, LITTERIS SCHRAMMIANIS.

oster
que
cum
ndi-
rou
Ger-
OF.

tea
ite-
am,
nos

h



1788. 10

D I S S E R T A T I O
 DE
 P R O C E S S U
 IN CONTUMACIAM
 IN CAUSIS CRIMINALIBUS
 QUAE
 DOCTORE UNIVERSITATIS MAGISTRO
 P R I N C I P I S S I M O
 D O M I N O
 C A R O L O C H R I S T I A N O
 E R D M A N N O
 P R O P R I E T A R I O
 A G R I C O L A E
 A U G U S T A N O
 A U T O R I
 E R B E R H A R D I N A P A T R I A
 S U P P L I C A N T I
 D O M I N I
 W O L F G A N G I A D A M I
 S C H O E P P I
 P R O P R I E T A R I I
 I D I S S E R T A T I O N E
 P U B L I C A
 P R O G R A D U
 A U G U S T A N O
 A U T O R I
 D O C T O R I
 P R I N C I P I S S I M O
 D O M I N O
 C A R O L O C H R I S T I A N O
 E R D M A N N O
 P R O P R I E T A R I O
 A G R I C O L A E
 A U G U S T A N O
 A U T O R I
 E R B E R H A R D I N A P A T R I A
 S U P P L I C A N T I
 D O M I N I
 W O L F G A N G I A D A M I
 S C H O E P P I
 P R O P R I E T A R I I
 I D I S S E R T A T I O N E
 P U B L I C A
 P R O G R A D U
 A U G U S T A N O
 A U T O R I
 D O C T O R I
 P R I N C I P I S S I M O
 D O M I N O
 C A R O L O C H R I S T I A N O
 E R D M A N N O
 P R O P R I E T A R I O
 A G R I C O L A E
 A U G U S T A N O
 A U T O R I
 E R B E R H A R D I N A P A T R I A
 S U P P L I C A N T I
 D O M I N I
 W O L F G A N G I A D A M I
 S C H O E P P I
 P R O P R I E T A R I I



S U M M A R I A.

1. Commendat curam reducendi fugientes omni modo, & de annotatione bonorum agit.
2. Docet, quod in delictis minoribus contra absentes ad relegationem usque de Jure Civili procedi queat, & quod hodie processus contra absentes & banni multis in locis obtineat.
3. Exhibet descriptionem & divisiones processus contumacialis criminalis.
4. Monet admodum caute hic procedendum esse. Requiritur igitur I.) Judex competens criminalis ordinarius.
5. Constare II.) debet de corpore delicti, & III.) indicia sufficientia adesse oportet, nec sola fuga sufficit.
6. Et IV.) delictum quoque hunc processum admittre debet. Ex quorum numero 1.) l. 21. C. de poen. 2.) si spadonem quis faciat. Item
7. Crimina 3.) perduellionis, & 4.) fractæ pacis.
8. Nec non 5.) læsæ Majestatis Divinæ, & blasphemix. 6.) Magiæ, & 7.) hæreseos huc referuntur.
9. Porro 8.) contra duellantes, & 9.) desertores militiæ absentes proceditur.
10. Ac 10.) si propter delicta minoræ pœna saltem relegationis imponenda; quorum 11.) spectant delicta repetundarum, peculatus & residui.
11. Minime vero 12.) post litem contestatam contra fugientes processus contumaciæ indistincte locum habet.
12. Neque 13.) & 14.) in delictis sodomix & assassini; quamvis in hisce & aliis delictis gravioribus post probationem plenam executio in cadaver fieri queat.
13. Insuper V.) citatio fugientium exigitur; & examinatur, quales & quot citationes in processu banni requirantur.
14. Edictalis & peremptoria, ordinarium tempus, continens, & legitime innuata de jure sufficit, quæ tamen tutius repetitur.
15. Denique VI.) vera contumacia, dolosa, accusata necessaria est, quæ ab accusatore & reo variis modis committitur; interdum autem & hic ex officio procedi potest.
16. In genere processus ordinarius hic observandus, quatenus fieri potest, si statuta & mores deficiunt, qui tamen nonnisi subsidiarius est.
17. Describit modum procedendi ante & post litem contestatam.
18. Probatio peragenda modo vulgari.
19. Docet, si reus contumax in respondendo, quid tunc faciendum.
20. Disquiric, quatenus procurator admittendus, Ad minimum semper defensor ex officio constituendus.
21. Dicit: quid juris, si accusator sit contumax.
22. Refert modum procedendi in processu banni, cum præcedente *Zetter Beschrey*, neque superius bannum locum habet, licet reus post sententiam fugiat, nisi primum antecesserit.
23. Tandem si in causa conclusum, fertur pro re nata sententia condemnatoria vel absolutoria; vel ab instantia absolvitur, vel processus sistitur.
24. Quæ sent. executioni danda eo modo, quo fieri potest; ubi plura exempla subjunguntur.
25. Recenset effectus banni primi & superioris, &
26. Quatenus in contumaciam condemnatus infamis fiat: qui semper in expensas condemnatur.
27. Deducit, quod executio vera sit facienda, si reus deprehendatur.
28. Nisi probare velit & queat suam innocentiam ex justis causis.
29. In processu banni probationi & defensionis itidem locus datur. Bannum tamen indicium torture præber.
30. Princeps absque dubio novum processum & defensionem concedere potest; ubi simul remissive contraria tanguntur.



§. 1.



Mnia in eo conspirant Jura, quod delicta punienda sint. Sæpius tamen rei, hinc fugientes dicti, commisso crimine, ante & post inquisitionem latitant, & effracto interdum carcere effugiunt, sicque fuga sibi salutem querere, & absentia justitiæ administrationem eludere conantur. Magistratus igitur tales fugitivos literis aut nuntiis, si constat, ubi commorantur, vel legitimis edictis. *l. 5. d. penis. l. 1. §. 2. ff. l. 1. l. 3. C. de requir. vel absent. damnand. Nov. 134. cap. 5. Blumlacher ad ord. Crim. art. 155. n. 3. & quidem prout loqui amant, per trinundinum, i. e. tribus nundinis, quæ nono quoque die celebrabantur, citare, confer. l. 10. de publ. jud. ibique Gothofredus in not. lit. 5. Matthæi de crim. lib. 48. tit. 13. de Accusat. cap. 7. §. 2. & cap. 9. Wissenbach ad Pandect. p. 2. Disp. 37. ib. 4. omnique porro ope eo niti debet, ut reos deprehensione, vel alio quocunque modo, emissis literis incarcerationis patentibus (Steck-Brief) cum descriptione personæ, in suam potestatem quam primum redigat. Ludovic. in der Einleitung zum peinlichen Proceß. Cap. 3. §. 2. & §. 3. adeo, ut reis etiam nondum citatis ad probandam innocentiam vel ad defensionem se offerentibus consultius salvus quoque conductus petitus concedatur, quam ut causa reis evadentibus plane maneat indecisa & impunita B. D. Grav. in Disp. de Salvo Conductu Judic. Sicher-Geleit zu und vom Recht. ib. 31. D. Hertius vol. 1. C. 432 n. 1. Interim bona in delictis gravioribus describuntur, recipiuntur & affervantur, ut si intra annum legitimè citati sui copiam non faciant, fisco illa vindicentur, usque adeo, ut post annum demum venientes & innocentiam docentes, pœnas quidem gravioris crimini, cujus insimulati, propositas evitent, sed bona non recuperent in pœnam contumaciæ, quod Edictis non paruerint. *l. 1. §. 2. l. f. de requirend. vel absent. damnand. l. 2. C. h. v. Blumlacher ad Ordin. Crimin. Art. 155. n. 5. & 6. ubi Jus Bavaricum consentiens adducit. Laurerb. in Colleg. Theor. Pract. §. 2. Joh. Voërius n. 1. d. 1. Quamvis confiscatio bonorum Jure novo in Nov. 134. cap. fin. excepto crimine perduellionis, sub-**

sublata, Frölich de Frölichsbürg in *Comment. ad Ord. Crim. P. 1. lib. 4. tit. 20. n. 2.* & annotatio bonorum in ordin. quidem crimin. *Art. 206.* approbata, ut reus mediis vivendi destitutus, eo facilius cogatur redire, sed tamen uxori & liberis necessaria alimenta cum præcitu Magistratus exinde suppeditanda, illisque administratio sub cautione concedenda, de bonis fideliter asservandis nec ad fugitivum ante causæ decisionem transferendis, nec per hoc fuga ejus instruat & juvetur, ac tandem bona proximis hæredibus excluso fisco relinquenda. Clafen & Kressl. *ad art. 206.* Thomas *ad tit. de requir. reis & absent. damnand.* à quo Jure Carolino Jus nostrum Württembergicum nonnisi in eo recedit, quod de consignatis fugitivi bonis sine speciali Serenissimi Dn. Ducis Mandato nemini aliquid dari permissum sit. *Ord. Provinc. Würt. tit. 24.* Lauterb. in *Diff. Jur. Commun. & Würtemb. in Causis Criminal. Diff. 11. n. 12. 13. & 14.* D. Majer in *Disput. de Contumacia* th. 30.

§. 2.

Quod si vero fugitivi nulla arte capi & incarcerari queant, sed evenus omnem laborem reducendi reos destituat, tunc si causa criminalis, in sensu Juris Romani accepto vocabulo. §. 10. 7. de *Injur. l. 9. §. 5. de Pnblican. l. f. de furt. l. f. de Injur.* Fatinac. 9. 100. cap. 1. Carpzov. in *Praxi Crimin. Quæst. 102. n. 78.* Lauterb. in *Colleg. Theor. Pr. §. 2. de publ. Jud. & §. 3. de pæn.* ita comparata, ut nonnisi multam fisco applicandam, relegationem, vel aliam similem levioerem pœnam post se trahat, in contumaciam utique contra reum absentem procedi, illeque promerita pœna affici potest; cum hic levior & non tam plena inquisitio ac clara probatio exigatur, resque exitum habere, absens relegari, infamis fieri, & multa à cavente vel ex bonis præsentibus solvi queat. *l. 5. de pæn. l. 1. an per alium causa appell.* Farinac. in *Praxi Crim. Quæst. 99. n. 66. & 99. Cz. in Praxi Crim. Quæst. 105. n. 77. & 9. 140. n. 3.* Brunemann in *Proc. inquisitor. c. 8. m. 6. n. 1. & 6.* Lauterb. in *Coll. th. Pr. §. 11. d. Accusat. & Inscript. D. Heinecc. §. 233. ad tit. de requir. vel absent. damnand.* In gravioribus autem delictis, ubi pœna ultimi supplicii vel corporis afflictiva locum habet, inaudita causa & absque probationibus luce meridiana clarioribus absens damnari nequit, quia creditum est, defensorem nec litem exacte contestari, nec examen & confrontationem sustinere, nec circumstantias facti, quippe quas nemo melius ipso delinquente novit, sui ipsius bono observare & elidere posse. Dn. à Lyncker *Resp. 7. n. 18.* & ne judicia redantur elusoria, dum contra absentes non possit fieri corporalis executio

Juxta proverbium: Man henckt keinen, man habe ihn dann. Hertzius de pœcem Jur. l. 1. par. 105. pag. 572. & 573. & textus l. 1. l. f. d. requir. vel absent. damn. l. 5. d. pœn. Ubi dicitur: satius esse impunitum relinqui facious nocentis, quam innocentem damnari. l. 33. §. 2. de Procur. l. 1. C. quomodo & quando Judex sement. l. 6. C. de Accusat. l. 15. C. de Adulter. Clem. pastor. 2. de sement. & rejudic. Can. 1. 13. & fin. c. 3. q. 9. Genes. 3. & Allor. 25. v. 16. Farinac. lib. 1. qu. 11. n. 1. & seqq. Befold Conf. 164. D. Coccejus in Disp. de Justitia pœna in absentes vel mortuos statuenda, atque in effigie exequenda. cap. 1. §. 5. & sqq. Frommann in Disp. de Execut. in effigie. th. 25. D. D. Schoepf in Disp. de Proc. in contumac. §. 11. Summaria tamen Inquisitio pro Informatione Judicis semper necessaria est, ut constet, an juste gravatus sit absens de crimine, annon? Sonnemann ad Nov. 134. cap. 5. n. 4. & acta deinde custodienda, donec in potestatem veniat. D. Boehmer in Element. Juris Prud. Crim. Sect. 1. cap. 19. §. 313. Et quamvis exinde quod Processus in contumac. in causis gravioribus criminalibus prohibitus, neque sententia absolutoria neque condemnatoria ferri queat, colligi posse videatur, quod hic labor fere frustraneus sit, maximè cum de Jure Württembergico & Saxonico causæ criminales illæ demum audiant, in quibus ad pœnam ultimi supplicii vel corporis afflictivam agitur, die an Haupt, Hals, Hand und Bauch gehen, Haut und Haar, welche eine Leibs, oder Lebens, Straffe nach sich ziehen. Thomaf. in Disp. de occas. concept. & intent. constituunt. crim. §. 9. D. Lauterbach. in Differ. 7. Com. & W. Differ. 1. n. 9. Carpzov. in Praxi Crim. Quæst. 102. n. 43. & seqq. D. D. Grassl. in Differ. 7. Commun. & Recess. Imper. Sect. 12. §. 3. Facilis tamen est responsio, cum jam in paragrapho præcedente non solum monuerimus, quod de Jure Civili Romano ob delicta leviora absentes & contumaces puniri & sententia executioni dari queat; sed etiam plura crimina majora in Jure excepta reperiantur, in quibus contra absentes in contumaciam procedere permissum sit, de quibus in §. 6. & seqq. pluribus agendum. Insuper haud ignotum est, quod in Gallia, Italia & Germania multis in locis absentes in contumaciam puniri, banno damnari ac executio in effigie fieri queat; prout hanc in rem plura statuta & consuetudines adduci adsolent. D. D. Frommann in disp. de execut. in effig. th. 28. & seqq. Joh. Voët. n. 2. de requir. vel absent. damn. D. Klein disp. 24. de execut. in cadavere delinquentis cap. 3. & in specie non saltem in Saxonia, Carpzov. in Prax. Crim. quæst. 140. & Marchia, Brunemann in Processibus inquisit. cap. 8. m. 6. n. 32. & 38. & cent. 4. dec. 18. ubi conventio peculiaris Elect. Brandenburg. & Ducum Pomeran. & Megapolitan. allegatur, processus banni locum habet: sed etiam in Borussia, Jus Borufs. p. 3. tit. 1. art. 91.

art. 9. §. 5. in Marchionat. Brandenburg, Episcopat. Bamberg. & Würceburg. Comitatu Tyrolensi, Allemannia, Jus Provinc. Allem. Cap. 83. & 205. apud Joh. Schilter in *Theaur. antiquit. Teuton.* Tom. 2. pag. 55. & 122. Hamburgi, lib. 4. art. 19. pag. 362. & 385. Lubecæ, in Hassia, Hessische Hals-Gerichts-Ordn. de anno 1553. publicirt und anno 1589. neugedruckt. art. 99. aliisque in locis processus Banni obtinet, & rei fugitivi ad citationem in termino non comparentes proscribuntur, & in Bannum, in die Mord-Nacht, declarantur, si scilicet de corpore delicti constet, & fugitivum criminis non falsò insimulari appareat, ne plane impuniti evadant nec in fuga scelerati præsidium quarant; cum fuga se admodum suspectos reddiderint. Ordin. Crimin. art. 25. §. 7. Carpzov. in *Prax. crim.* q. 140. n. 4. In nonnullis quoque locis sub pœna confessi & convicti citantur, & tandem pro confessis & convictis declarantur; uti in Ducatu Lüneburgensi juris est, teste Kresl ad *ordin. crim.* art. 155. pag. 348. ubi pag. seqq. formulam sententiæ exhibet. de anno 1716. Esaja Puffendorff in *Introduct. in Proc. Crim. Lüneburg.* c. 12. §. 17. ubi quoque §. 16. præmittit, quod in civitate Lüneburg, secundum Jus illud provinciale p. 8. t. 8. §. 3. bannum adhuc saxonicum viget. cum juxta Hahn. ad *Wesemb. in fin. h. t. de requir. vel absent. damn.* Processus banni Saxonici à Ducatu Lüneburg. & Brunswicensi exulet. vel ubi per statuta alibi hæc pœna confessi & convicti obtinet. B. Dn. D. Harprecht *Consil. nov.* 85. n. 114. & seq.

§ 3.

Processus igitur criminalis in contumaciam breviter describi potest; quod sit legitima causarum criminalium coram Judice competente, contra contumaces tractatio; neque dubium est, quin in processum accusatorium & inquisitorium dividi queat. Neque de justitia hujus processus solliciti erimus, cum nobis hic orium fecerint D. Frommann. in *Disp. de execut. in effigie th.* 19. cum seqq. D. Coccejus *cap. 2.* D. Klein *cap. 2. in cit. Disp.*

§. 4.

Cum autem omnis Processus contumacialis, seu res magni præjudicii, providè & admodum circumspèctè dirigendus sit. Ziegler ad *Cap. 5. x. ut lites non contestata*, p. 141. Mev. p. 8. Dec. 428. n. 1. Quidni idem dicendum erit in causis criminalibus? cum in iis non de glande legenda, calce fodienda, tritico vel oleo legato, sed de hominis fama, capite & vita, quibus rebus nil terrarum orbe præstantius, (Nov. 8.) agatur, & ex quibus semel amissa recuperari nequeunt; adeoque, sicuti in Bello peccandi venia non datur, ita nec hic, ubi de Hominis salute & sanguine erratur. Conf. Ord. Crim. Art. 1. 150. & 219. Carpz. in *Prax. Crim. Quæst.*

Quaest. 116. n. 210. Justus Oldekop. in Tract. contra Cz. 2. Dec. 1. g. 50. n. 43. cum sqq. & n. 51. D. Frommann. in Disp. de Norma Arbitr. Jud. §. 60. n. 2. Ubi vero majus periculum, ibi cautius incidendum, & majore opus est cautione. l. 1. §. 5. de Carbon. Edict. c. 3. de Elect. in 6to. Plura igitur Requisita adesse debent, antequam contra Reos fugitivos & contumaces in contumaciam procedi, illique condemnari & puniri queant, cum absens vix videatur plenissime convictus contra l. f. C. de Probat. & si praesens esset, forte Reustalia allegare posset, quae si non declinandae aut avertendae poenae, at minuendae ac moderandae conducerent; dum ex voce, vultu, habitu aliisque indiciis plurimum Judex instrui posset, juxta L. 10. §. pen. de poen. Ad hunc itaque Processum criminalem in contumaciam rite & legitime formandum requiritur: ut I.) Judex jurisdictionem criminalem habeat, illique Reus, ratione fori domicilii, vel delicti, vel deprehensionis subjectus sit, Disp. Dn. Praesid. de Proc. in contumac. §. 19. cum Processus in contumac. coram incompetente Judice peractus. i. 2. C. si à non compet. jud. l. f. de Jurisdic. l. 5. de Judic. sit ipso Jure nullus, & citatio ab incompetente Judice facta non inducat contumaciam, l. 53. §. 3. de Re judic. Et licet D. Klein in Disp. de Execut. in cadaver delinquentis, c. 1. n. 43. & sqq. c. 2. n. 75. judici supremo & Principis consensui executionem in cadaver faciendam attribuat, cum hæc executionis species, cujus rigor post fata extenditur, aliquo modo sit exorbitans, & tales in exemplum aliorum extra ordinem puniantur, quos timor Dei ac veritatis amor à peccatis non retrahit; aliud tamen in nostro processu contumaciali de juris veritate dicendum arbitramur, ita ut potestas illum decernendi ordinariae Jurisdic. crimin. haud deneganda esse videatur, cum absentia cadaveris executionem hic impediatur, sicque executio in effigie, & in cadaver oppidò differat, nisi quod tutius & securius quis dixerit, ut processus talis cum indultu superioris instituat; id quod in nostro Ducatu Würtembergico dubio caret, cum omnis processus criminalis specialiter Rescripto Sereniss. Ducis decernatur & instituat. Dn. Praes. Disp. de processu criminali caute instit. abbrev. & finiendo. §. 16. Neque tamen diffidentium, quod supremo judici, potestate legislatoria instructo, liberius arbitrium circa hunc processum haud male adscribatur.

§. 5.

Antequam processus in contumaciam & Banni multis in locis natus contra contumacem formari queat, II.) constare utique debet de corpore sive materiali delicti; ita ut judex competens in ipsum delictum prius inquirere debeat, an vere commissum sit? sicuti enim in genere corpus delicti, super quo inquisitio vel accusatio instituenda, judici lem-

per ad evitandam nullitatem processus ad minimum ex communi in praxi recepta opinione representandum est. *L. 1. §. 21. & 24. ad SC. Silan. Ordin. Crim. art. 6. 8. 9. 54. 55. & 162.* Rescriptum Ducale Württemberg. de A. 1656. Dissert. D. Præsid. de process crim. caute instit. abbrev. & finiendo. §. 5. & 23. Ita in processu contumaciali & Banni ob maximum præjudicium minimè negligi debet Carpvov in praxi crim. q. 131. n. 39. & q. 140. n. 49. Müller ad Struv. Exerc. 49. Thes. 96. lit. d. Klein dict. Disp. c. 2. n. 78. & seqq. Coccejus in disp. de fuga. cap. 3. n. 27. vid. Dn. à Berger in supplem. ad Elect. Jurisprud crim. p. 2. obs. 102 pag. 292. Neque vero hic subsistendum, sed si constat de corpore delicti III.) legitima indicia & probabiles præsumptiones & conjecturæ contra fugitivum militare debent, quod hoc delictum admiserit; Carpvov. in praxi crim. Q. 140. n. 50. Müller ad Struv. cit. loc. pag. 1140. Klein cit. Disp. cap. 2. n. 87. & 100. cum seqq. Quodsi enim contra præsentem inquisitio formatur, vel accusatio instituitur, ante omnia, (nisi reus jam certus & notorius,) per generalem inquisitionem in Auctorem delicti inquirendum, & deinde processum inquisitorius specialis vel accusatorius, non tamen nisi contra reum sufficientibus indicis gravatum instituendus, & legitimo modo ad finem perducendus. Ordinat crim. art. 6. Nov. Constit. Würtemb. de Anno 1621. §. 2. Disp. Dn. Præsid. de proc. crim. C. 7. A. & F. §. 2. 5. 26. & 27. Quidni idem dicendum erit in tali processu contumaciali? Cum longe difficilior & periculosior sit, absentem quam præsentem judicare & condemnare. Farinac. lib. 1. q. 11. n. 16. Ubi quidem non exigimus, ut inculpatus legitime sit confessus, vel plene convictus id quod ad condemnationem & executionem in cadaver recte necessarium adferunt. *L. fin. ad L. Jul. Maj. Aur. Bulla tit. 24. §. 10.* D. Klein cit. Disp. cap. 2. n. 87. & seqq. Stuyck de Jur. Sens. Disp. 8. cap. 4. n. 8. Neque tamen è contrario solum fugam sufficientem putamus, cum Carpvovio q. 140. n. 50. licet enim fuga indicium quidem delicti pro prudentis Judicis arbitrio præbere valeat: Ordinat. crim. art. 25. §. 7. Carpvov. in Praxi crim. q. 120. n. 60. & seqq. Variis tamen ex causis v. g. ob metum carceris, potentiam inimicorum, falsos testes, sævitiam judicis, fuga etiam ab innocente suscipi potest, hincque fallax & non nisi remota suspicio inde oritur. D. Coccejus in Disp. de fuga cap. 3. n. 10. & seqq. Frommann disp. de fuga justitia & injustitia Thes. 54. cum seqq. ita ut alia indicia concurrentia illam roborare & convalidare debeant, & cum primis ad animum fugientis respiciendum sit: cum sane fuga salutis capitis & vitæ sibi consulere tutius sit, quam se irati Judicis arbitrio & vinculis committere, & semper extra carcerem defensio plenior adornari queat.

B

§. 6. IV.)

§. 6.

IV.) Delictum ita comparatum esse debet, ut propterea contra absentem in contumaciam usque ad definitivam procedi queat. Ex quorum numero 1.) est, si listor vel apparitor perfide liberat ex carcere captivum, & deinde fugit; certe contra illum listorem absentem proceditur in causa criminali etiam definiendo per *L. 21. C. de penis. ibique Brunem. Sichard. n. 11. ad L. 1. C. quomodo & quando iudex sent. proferre. Fatinae. in praxi crim. q. 48. n. 84. Coccejus in Disp. de iustitia poena in absentes vel mortuos statuenda atque in effig. exequenda cap. 2. §. 5. & cap. 3. §. 8. 2.) huc refertur casus *l. 4. §. f. l. 5. ad L. Cornel. de Sicar. & faciens (spadonem etiam volentem, & deinde fugiens metu poenae, absens potest condemnari, Schaeffer. n. 66. ad L. Cornel. de Sicarius. D. Coccej. c. 2. §. 1. & c. 3. §. 8. D. Frommann. §. 50. cit. Dissp.**

§. 7.

3.) Principale exemplum est in crimine perduellionis, si quis animo hostili directo adversus Principis vel Reipublicae salutem in ejus everfionem & labefactionem aliquid machinatur, cum in hoc crimine maximo, enormissimo & atrocissimo potissimum exemplo opus, & praesentium & videntium animi insolentes atque audaces a nefariis ausibus deterrendi sint, ita ut etiam in absentem, imo mortuum iudicium processus legitime formari, & non solum ad contumaciae, sed ipsius causae principalis condemnationem deveniri queat. per *Clement. Pastoral. 2. de sement. & re judic. ubi ratio additur, ne ex absentia rei tam detestandi criminis sententia & executio retardetur. Extravag. Henrici VII. ad reprimendum: quomodo in lesa Maj. crimine procedatur. Et cum hujus criminis memoria morte non aboleatur, sed post mortem accusatio non solum continuetur *l. f. ff. l. 6. pr. C. ad L. Jul. Majest. §. 3. 7. de Jud. Publ. §. 5. 7. de hered. qua ab intest. deser. verum post mortem quoque demum inchoari & instaurari queat. l. 6. l. 7. l. 8. C. ad L. Jul. Maj. l. 20. de accusat. l. 31. §. f. de donat. Aurea Bulla tit. 24. §. wir wollen. 10. Quidam idem processus contra absentem in contumaciam institui, & absens securi mortuus condemnari poterit, cum mortuus homo quam maxime absens sit, & cui plus licet, ei quoque quod minus est, prohibitum non censeatur ex communi DD. opinione. *Farinae. in Praxi Crim. q. 10. n. 42. & q. 99. n. 210. Peregrinus de Juribus Fisci lib. 4. tit. 5. n. 18. & § 99. D. Frommann. ib. 33. usque ad ib. 44. Coccejus cap. 2. §. 9. 10. & § 14. D. Klein cap. 3. n. 4. & § 99. in alleg. Dissp. qua sententia in Jure Pruthenico p. 3. tit. 5. art. 6. §. 3. ita recepta, ut executio in effigie ibidem permitatur. Hinc frustra dissentit Matth. de crim. lib. 48. tit. 2. cap. 4. n. 1. & 4. ac si nullo loco Juris crimen perduellionis exceptum***



ptum fit , nec dict. Extravag. Henr. VII. auctoritatem Juris obtineat, cum alii textus & rationes Processum in contumaciam contra absentes rebelles, & reos Criminis Perduellionis suadeant & jubeant. B. D. D. Gräf. in Collat. 7. C. & Recess. Imp. Sect. 15. §. 2. Add. Hert. Confil. 433. ubi ob occisum prælatum, dominum regionis, post edictalem citationem, concessum salvum conductum & constitutum Defensorem ex officio, contra absentem contumacem, qui extracto carcere effugit, sententia talis in effigie exequenda lata. (4.) Crimen fractæ pacis publicæ certo modo huc referre solent, ita ut absens incidat in Bannum Imperii prævia sententia declaratoria. Landfried de An. 1548. tit. 8. §. 2. tit. 11. tit. 14. §. 2. Ord. Camer. p. 2. tit. 10. §. 4. & 6. tit. 11. §. 2. Concept. Cammer-Richters Ordnung, p. 2. tit. 10. §. 8. & 12. tit. 11. §. 1. & 5. tit. 12. Blum. in Proc. Cam. tit. 29. n. 63. & 199. n. 70. n. 144. & 199. n. 224. & 199. ibique in Vindiciis Deckher. Coccej. cit. Disp. cap. 2. §. 7. Dn. à Berger in Elect. J. P. Crim. m. 3. §. 12. p. 115.

§. 8.

(5.) Crimen læsæ Majestatis Divinæ & blasphemix contra absentes violatores itidem vindicari potest. Huic enim delicto nullum aliud ferè sceditate comparandum, & tam abominabile Deo est, ut integra propterea Regna deleverit, & in alterum transtulerit. Nov. 77. c. 1. §. 1. Et si Majestatis humanæ temeratores absentes licet accusari possunt, cur non de Reis Divinæ & altissimæ Majestatis idem constitutum esse dicendum, cum blasphemia cum crimine læsæ Majestatis civilis ferè conveniat? arg. l. 1. ad L. Jul. Maj. Auth. Gazaros C. de Heret. & expressè contra fugitivos processum permittat Reformat. guter Polisey, de An. 1530. t. 1. §. f. Von Gottslåsterung, & de An. 1548. t. 1. §. f. D. Coccej. c. 2. §. 12. Frommann ib. 45. Klein c. 3. n. 18 199. D. Hert. C. 434. Magi & Venefici DEO renuntiant, atque Diabolo DEI hosti se dedunt ac frequentes blasphemias in Sanctissimum Numen evomunt, ideo (6.) hoc atrocissimum delictum Veneficii & Magiæ, si modo evidens probatio haberi potest, eatenus hixce jungendum erit; cum primis si non levia hominibus & brutis damna data fuerunt, & turpissima cum Satana commixtio accessit. Klein c. 3. n. 22. Coccej. d. §. 12. De Hæreseos crimine (7.) prostant itidem textus, qui processum contra absentem in contumaciam permittunt, & hæreticum post mortem condemnari posse adstruunt. c. 5. §. 10. X. de Heretic. c. 7. c. 8. §. pen. de Heret. in 610. c. 6. q. 2. c. XXIV. L. 4. §. 4. C. de heretic. Nicol. Rodrig. Famofinus tom. 2. crim. pag. 136. n. 19. & pag. 298. n. 23. Quod etiam ad Apostatas extendere haud dubitant. per. l. 2. l. 4. l. 6. C. de Apostat. ibique Brunnem. Farinac. in Pract. Crim. l. 1. q. 19. n. 37. Molina de 7. & 7. tr. 3. Disp. 43. n. 6. verb. sc-

undum est. Id quod tamen Evangelici & Protestantes restringunt ad casus, si hæresis cum seditione, aut scelerata & pertinaci contra DEUM animo perverso & refractario eructata blasphemia sit conjuncta. D. Klein cap. 3. n. 9. & seqq. D. Coccej. cap. 2. §. 13. & in Disp. de Jure circa Heret. §. 32. cum seqq. D. Frommann. ib. 47. & seqq. cu. Disp. p. Dn. à Wenc her p. 4. vol. 3. obs. 4. n. 42. Lynck ad Decret. L. 5. tit. 7. §. f. Quamvis multa contra hos quoque casus reponere soleant. D. Bœhmer in Jure Eccl. Protest. lib. 5. t. 7. §. 164. cum seqq. Thomas, in Problem. an Heresit sit crimen. & Disp. de Jure Principis circa Heret. & ad Lancellotum, L. 4. t. 4. §. 2. in not. p. 1900. & seqq.

§. 9.

Famam per Duella conservare aut reparare velle à ratione & Jure alienum est; cum illa per injurias aliorum sive veras sive imaginarias læsa minimè dici queat: quod si enim ab aliorum maledicentia fama nostra dependeret, vel inculcare sufficeret, quis innocens esset? Sed non nisi propria facta turpia & dolosa famam hominum conspurcant & immi nuunt. Quicquid autem horum sit, tam alte hoc malum in animis hominum radicatum est, ut per tot Edicta, tot Sanctiones severas hæcenus extirpari haud valuerit. D. Thomas. Disp. de felicitate Subdit. Elect. Brandenb. §. 10. cum seqq. Stryck in U. M. §. 23. & seqq. de Injur. & §. 1. de Cadav. punitor. Christoph. Lobrini Kriegs-Gericht, Obs. 21. Inter alia itidem (8.) Processus in contumaciam hoc in casu contra absentes & fugitivos permittitur legitur in den Chur-Fürstl. und Reichs-Städtischen Conclusis, auch Reichs-Schluss und dem Reichs-Gutachten de An. 1667. sodann der Käyserl. Resolution auff das Reichs-Gutachten de An. 1668. apud Auctorem Meditar. ad Instrum. Pacis Westphal. Manifesta III. n. 1. & seqq. p. 1415. 1420. 1425. 1429. & 1434. & in Edictolmp. Leopoldi d. An. 1682. Lunig in Corpore Jur. Milit. p. 699. similiter per Edictum Regium & Electorale Saxonicum d. A. 1706. §. 32. & A. 1712. §. 38. executio in effigie decernitur apud Dn. à Berger in Elect. Jurispr. crim. p. 322. Lunig in Corp. Jur. Milit. p. 827. & 841. Nec non per Mandatum Regis Borussiae contra Duell. de An. 1713. §. 8 & 11. Lunig in Corp. Jur. Milit. p. 923. Jus Borussiae p. 3. art. 16. Palatinum de An. 1692. §. 7 & de A. 1721. art. 11. apud Lunig in Corpore Jur. Milit. p. 1043. 1089. Würtembergicum de An. 1714. Art. 7. ubi fugitivi per subsidiales citandi sunt, si constat de loco, ubi commorantur, vel per Edictum, si latent; & deinde disponitur: und wann sie nicht gelieffert werden, oder nicht erscheinen, die Straffe in effigie. wann solches nach Beschaffenheit des Delicti sich thun läßt, nach rechtlichen

lichem Proceß und Urtheil exequirt werde. Lünig in *Corpore Jur. Milia.* p. 1180. Hamburgense de A. 1699. & renovatum de Anno 1720. art. 6. Lübec. de A. 1704. & renovatum de A. 1720. art. 5. Lünig p. 1248. § 1253. in quibus postremis processibus banni saltem præstitutus. Ulmenle de An. 1706. art. 7. aliisque in locis, ut in Gallia. Lünig p. 1261. 1279. executio in effigie fundatur, quæ tractationem causæ principalis præsupponit, cum executio non nisi necessarium consequens condemnationis sit. D. Boechmer in *Elem. Jurispr. crim. sect. 1. c. 19. §. 310. 9.*) Contra milites desertores, vel qui ex prælio primum fugiunt. v. l. 3. §. 3. § 6. l. 6. §. 3. de re militari. itidem processus in contumaciam locum habet, ita ut observatis solennibus pro infamibus declarentur, nominaque illorum ad patibulum in lamina affigantur. *Suß=Knechts=Bestialung.* d. A. 1570. art. 164. D. Fromman. *Disp. de fuga justa & injust.* §. 47. Ludov. in der *Einleitung zum Kriegs=Proceß.* c. 13. p. 206. § 208. D. Stein *Disp. de eo quod justum est circa poenas militares ignominios.* §. 20. Spate im *Auditeur.* c. 7. p. 350. ubi formulam exhibet. Lünig in *Corpore Jur. milit.* p. 72. 82. 645. 654. 677. 678. 783. 784. 792. 797. 817. 1075. 1193. 1199. 1255. 1303. 1402. qui jura militaria Cæsarica, Suevica, Danica, Hollandica, Moguntina, Saxonica, Bavarica, Brandenburgica, Hassiaca aliisque plura conspirantia adducunt. *Corpus Juris militar. in Churfürstl. Brandenburgis Kriegs=Recht* iii. 7. ubi in notis plura huc spectantia traduntur. In specie Jura Würtemb. Militaria de A. 1705. §. 43. & Circuli Suevici. Lünig in *Corp. Jur. Milit.* p. 499. § 432. Circuli Franconici de An. 1691. art. 5. 61. 64. Lünig p. 422. § 432. idem disponunt & Jura Hamburg. art. 33. & Lübec. de An. 1692. art. 26. § 27. transfugas & ex acie fugientes infames declarat, & patibulo nomen affigendum esse edicit Lünig. pag. 1142. § 1250. Neque tacendum, quod L. 4. C. de re militari, ibique Brunnem. n. 46. § segg. confiscationem bonorum præstituat, si in desertione moriuntur. Molina de J. § 7. tr. 2. *Disp.* 43. n. 6.

§. 10.

Hoc quoque 10.) ex §. 2. huc repetendum, quod in omnibus causis criminalibus, quæ nullam poenam corporalem & majorem relegatione sed minorem aliquam pecuniariam vel aliam arbitriam præstitutam habent, absens accusari, & in contumaciam condemnari queat per l. 5. de pen. ita ut textus obstans l. 1. an per alium cause appellat. reddi poss. vel ad causam rei præsentis, an per procuratorem se defendere queat, vel ad relegationem ad certum locum sive confinementem restringendus videatur, ne J. C. Ulpianus sibi contradicat, cum utriusque Legis autor sit. adde: quod l. 1. §. 1. de requirend. vel absent. damnand. itidem poenam gravio-

rem, in opus metalli, vel similem seu capitalem absenti irrogandam prohibeat. Ad minimum hodie ex communi in praxi recepta sententia, ob delictum, quod nonnisi relegatione puniendum, contra absentem in contumaciam proceditur, & absens quotidiana docente experientia relegatur. Farinac. in praxi crim. q. 99. n. 66. & sqq. Belfold. C. 164. n. 18. Joh. Voëtius n. 14. & 15. de Procurat. D. Frommann. in Differ. ast. civil. & crimin. in actu exercitio. §. 26. & 38. Stryck in U. M. §. 8. & sq. de procurat. Ex quo etiam sequitur, quod 11.) iudicium in criminibus repetundarum, perculatus, & residui contra absentem & mortuum suo modo moveri, & hæredes ad restitutionem lucri accepti vel pœnæ pecuniariæ condemnari queant. l. 2. l. f. ad Leg. Jul. repet. l. 2. C. ibid. l. 20. de accusat. l. f. ad L. Jul. peculatus. D. Fromm. Disp. de execut. in effig. th. 50. Theodoricus in Judic. crim. practico c. 9. Aphor. 5. n. 15. Molina de J. & J. tr. 2. Disp. 43. n. 6.

§. II.

Multi 12.) & tunc processum contumaciale hand rejiciunt, si rei ab initio fuerint præsentés, & inter reos jam recepti, & lis contestata fuerit. l. 10. l. pen. §. 1. de publ. Jud. l. 13. C. ad L. Jul. de adult. l. 33. §. 2. d. procurat. l. 3. C. de accusat. Quamvis autem hæc opinio in criminibus levioribus pœna corporali non puniendis vel exceptis gravioribus admitti queat. juxta l. 33. §. 2. de procurat. ita ut absentes in causa principali in contumaciam tunc condemnari queant. D. Coccej. cit. Disp. c. 2. §. fin. Tabor. de Confrontat. in Coroll. de defens. absent. c. 3. p. 426. & 427. quod vero extra hos casus generaliter & in omnibus delictis, si reus post litem contestatam aufugerit, contra absentem in causa principali procedi queat, de eo dubitamus vel maxime, cum non solum generaliter & absque distinctione, an lis contestata sit, nec ne, in legibus definitum sit, quod absentes in criminibus gravioribus quoad ipsam causam principalem damnari nequeant. l. 6. C. de accusat. l. 1. §. 1. d. requir. vel absent. reis. Joh. à Sande lib. 5. tit 9. Dec. Frisic. 2. Mevius C. 78. sed etiam in l. 11. §. 1. ad L. Jul. de adulter. specialiter decisum sit, adulteram inter reos receptam absentem defendi non posse, quod si autem defendi nequit, neque etiam condemnari potest, cum absentes qui damnari etiam defendi possint. l. 33. §. 2. de procurat. neque incertum est, quod inter reos recipi (id quod solummodo dicit l. 13. C. ad L. Jul. de adulter.) & in causa criminis condemnari valde differant. D. Coccej. cit. Disp. c. 1. §. 26. ut insuper l. 10. l. pen. §. 1. ff. d. publ. Judic. nostram opinionem nonnihil juvent, quod cognitione suscepta tantum excusatio absentis admittatur, ne inde vel reus absentis vel accusator calumnie damnentur, ac absentes non defendi sed excusari dicantur; & si excusationis causa justa

justa sit, sententiam differendam esse pronuntietur: prout hanc sententiam late defendit D. Frommann in *Disp. de execut. in effig. §. 25. cum sqq.* eique praxis viva in Ducatu Würtemb. aliisque locis, ubi jura adducta civilia vigent, succenturiatur; quid denique ad textum l. 3. C. de accusat. reponi debeat, suggerunt Tabor de *confrontat. in Coroll. de defens. rei absent. c. 1. & sqq. p. 423. & sqq.* Joh. Voët. n. 14 de *procurat.* Coccej *dict. Disp. c. 2. §. 20.* Matth. de *crim. lib. 48. tit. 13. c. 4. & l. 13. C. de adult. de casu excepto* insuper explicat Dn. à Lyncker *Resp. 7. n. 20.*

§. 12.

De crimine sodomiz 13.) D. Klein in *Disp. de execut. in cadav. e. 3. n. 26. & sqq.* & 14.) assassinii D. Hert. C. 433. n. 4. executionem in effigie vel cadaverem esse adstruere haud dubitant, sed textus condemnationem absentis permittere deficiunt, hinc in crimine sodomiz executionem in effigie rectius negat D. Frommann in *Disp. de Execut. in effig. ib. 49.* Quamvis executio in cadaver, si reus confessus vel convictus & ante executionem mortuus in criminibus gravissimis sodomiz, incendii dolosi, assassinii aliisque, in praxi ad terrorem & exemplum aliorum facilius fieri queat. Farinac. in *praxi crim. p. 1. q. 10 n. 78.* D. Klein *cit. Disp. c. 3. n. 26. usque ad n. 35. & c. 2. n. 87. usque ad n. 92.* uti quoque bannum non decernitur, nisi in delictis, ubi pena capitalis locum habet. Ludov. c. 3. §. 26. & 38. D. Hert. R. 399. n. 1. Cz. in *Prax. crim. q. 140. n. 52. sqq.* Eckholt §. f. de *requir. vel absent. damnand.* Jus Alemannicum tamen *cap. 83. pag. 55.* & Lubecense in delictis, ubi amputatio manus decernitur, prescriptionem itidem admittit. Mevius ad *l. 4. tit. 17. art. 1. n. 6.*

§. 13.

Quod si hæc requisita concurrunt, runc VI.) fugitivus ritè & legitime citandus est, ut compareat & causam suam instruat; non citatus enim & indefensus indicta causa condemnari nequit. l. 1. de *requir. vel absent. damnand. l. 5. de poen. Cz. in praxi crim. q. 136. n. 48. & sqq.* Clafen. ad *ord. crim. art. 155.* Sigism. Wittus *Cons. crim. 5. p. 382.* & ob neglectum citationis toties vitatur processus. *clm. pastoral. 2. de re judic. Cz. q. 140. n. 59 & sqq.* D. Frommann in *Disp. de execut. in effig. ib. 56.* adeo ut si non omnes solennitates adhibita, reus non legitime citatus nec contumax dici, nec illegitima citatio ullum producere effectum queat. Farinac. in *praxi crim. lib. 1. quest. 11. n. 37. & sqq.* Faber in *Cod. Saband. lib. 7. tit. 26. def. 2. n. 4.* D. Majer in *Disp. de contumacia. ib. 15.* Ratione formæ igitur 1.) talis citatio à giudice competente literis vel nuntiis juratis vel alio modo

modo legitimo, si constat, ubi reus commoratur, vel legitimis edictis fieri debet. vid. l. 5. de pœn. l. 1. §. 2. de requir. vel absent. damn. l. 3. C. ibid. Nov. 134. c. 6. s. cum delinquentes fugitivi communiter vagabundi sint, vel latent, quo casu edictalis citatio in trium diversorum dominorum territoriiis facienda, ut eo facilius in notitiam pervenire, & postmodum ignorantia justa se tueri nequeant. cap. fin. x. de dol. & contumac. Clem. 1. de Judic. Ludovici in der Einleitung zum peinlichen Proceß cap. 3. §. 32. Ubertus de citation. c. 11. n. 140. cum sqq. Cz. in process. Jur. iii. 7. art. 4. n. 21. & sqq. & in praxi crim. q. 140. n. 61. & 66. Struv. Exercit 49. th. 96. Schüz in Disp. de citat. edict. cap. 3. §. 1. & c. 4. quæ in specie contra milites desertores durch Trommel-Schlag oder offenslichen Trompeten-Schall peragitur. Königl. Dänische Kriegs-Articul Christiani IV. art. 29. Lüdig in Corp. Jur. milit. p. 1424. & sqq. und im Anhang n. 191. & sq. p. 147. & sq. add. pag. 289. & sqq. Et quidem 2.) trinam requirunt citationem; vid. l. 10. de publ. judic. unam vero propter magnum præjudicium insufficientem asserunt Hippol. de Marfil. præf. caus. crim. §. postquam n. 66. adeo ut nec unam pro omnibus admittere velint. Farinac. lib. 1. quest. 11. n. 38. In processu banni in foro Saxonico distinguunt, utrum crimen pernoctatum fuerit nec ne? posteriori casu in unübernächtigen Thaten reus ordinario modo citatur, & in secundo termino statim in bannum declaratur. Ludovici im peinlichen Proceß c. 3. §. 31. & 33. Cz. q. 140. n. 65. vero delictum pernoctatum, & 24. horæ à tempore delicti vel mortis interlapæ fuerint, trinam citationem edictalem & peremptoriam necessariam dicunt, ita ut si prima vice citatus emanet, ejusque contumacia accusetur, isque deinde condemnatur ad impedimenta legitima; & si ulterius & tertia vice citatus non compareat, sed in sua contumacia perseveret, in bannum demum declaratur; Prout modum procedendi cum soleunitaribus late describunt Clasen. ad ord. crim. art. 155. Ludovici cap. 3. §. 32. & §. 34. cum sqq. Cz. q. 140. n. 57. usque ad n. 89. Uti quoque im Sachsen Spiegel oder dem Sächsischen Land-Recht lib. 1. art. 67. Edit. Ludovici p. 179. & Jure provinc. Aleman. cap. 83. edit. Schilter p. 55. trinam citatio præstituitur; & Jus Borussicum p. 3. tit. 1. art. 9. §. 5. trinam edictalem expressè exigit, quam extra Saxoniam in genere desiderat Ludovici cap. 3. §. 6.

§. 14.

Nobis ita videtur, de modo procedendi in processu contumaciali eoque criminali in Legibus & apud DD. pauca obvia esse, & cum processus Juris Civ. à processu accusatorio in causis criminalibus parum differat, &

Cz. in process. tit. 1. art. 4. n. 14. Hincque Dn. Coccejus cit Disp. c. 2. §. 4. & 6. tot faciendas citationes esse adterat, quot aliàs hodie Jura provincialia & consuetudines contra absentes exigunt; ideo forte is non aberraverit, qui deficiente statuto & consuetudine legaliter introducta & probata, dixerit, quod post unam peremptoriam citationem ritè ac legitime factam & insinuatam l. 55. §. 1. de re judic. C. 2. & 6. X. de dolo & contumacia. l. 8. & 9. C. quomodo & quando Judex. processus accusatorius contumacialis interlocutoria judicis permitti, vel ex officio inquisitorius instrui queat, ita tamen ut talis fugitivus, vel ad minimum ejus defensor ad omnes actus denuo citandus, & cum primis ad audiendam sententiam repetita citatio peremptoria in hisce arduis causis, vitam, corpus ac famam hominum concernentibus fieri debeat, cum & alias in processibus desertionis, & ubi de amissione jurium & perpetuo silentio imponendo agitur, tres vel ad minimum duæ peremptoriæ citationes requirantur, non excluso tamen prudentis judicis arbitrio. Dn. Præses in Disp. de proc. in contumacia. §. 12. & 17. & de processu in cont. in causis Ecclesiast. cum primis de processu deserti. §. 17. & §. 9. & de Jure præclus. à concursu creditor. §. 10. & in processu banni quoque una peremptoria citatio rejiciatur. Mev. ad Jus Lubec. lib. 4. tit. 17. art. 1. n. 13. D. Mascov. in Disp. de clamore violentia, vulgò *Zetter* & *Geshrey* lib. 7. Hæ citationes (3.) terminum legalem in se continere debent. Speculum Saxonicum, lib. 1. art. 67. Edit. Ludov. p. 179. quatuordecim dies præfigit, quos etiam Witus Consil. crim. V. p. 381. exprimit, ita ut trina sex septimanas compleat. Ludov. in penult. Process. c. 3 §. 6. Qui tamen loquuntur non nisi de processu banni, ubi mores germanici & Juraprovincialia utramque faciunt paginam: quamvis Cz. in Praxi crim. q. 140. n. 62. & §. 99. hanc trinam citationem in Saxonia non observari testetur. Quod vero atineret processum contumaciale in causa principali criminali, acquiescendum erit in termino ordinario, nisi jura provincialia & consuetudines alium determinent, ita ut peremptoria citatio spatium mensis, & dilatoria 10. dies comprehendere debeat. l. 68. & §. 99. ff. l. 13. §. 2. C. de judic. l. 8. C. quomodo & quando Judex. Nov. 112. C. 2. Neque dubitandum, quin (4.) citatio legitime insinuanda & de insinuatione ritè & in tempore facta per nuntii relationem, vel literas Magistratus vel alio modo in Jure approbato constare debeat, antequam processus contumacialis locum habere queat. Stamm de Servitut. personal. lib. 1. tit. 3. n. 8. & (5.) totum tempus præterlapsum esse debet, & porro (6.) reliqua accuratè observanda, quæ ad formam citationis in Jure communi & provincialibus ac consuetudinibus requiruntur. Lauterbach §. 36. cum seqq. de in jus vocando.

C

§. 15. Non

§. 15.

Non sufficit autem, si omnia hætenus requisita adsunt, sed cumprimis (7.) de vera contumacia constare debet, quod nempe reus fugitivus dolo malo & absque justa causa lateat, neque ad iudicium citatus compareat, sed pœnæ se malitiosè subducere velit, cum tamen possit & debuerit venire, & sciat vel scire potuerit, se esse rite ac legitime citatum, per ea, quæ generaliter DD. docere solent de contumacia. B. D. D. Graß in *different. Jur. Com. & Recess. Imp. P. 2. Sect. 4. §. 1.* & Dn. Præses in *Disp. de Proc. in contumac. §. 4.* vel si reus præsens dolo malo contumax sit in respondendo, & ad interrogatoria respondere malitiosè detrahet. D. Bœhmer in *Disp. de contumac. non respondentis. c. 2.* B. D. D. Harpprecht. *Conf. nov. 83.* Contumacia enim in criminalibus quoque causis variis modis in non veniendo, non respondendo & non agendo Rosbach in *Proc. crim. tit. 1. c. 6. n. 2.* & non saltem à reo, sed etiam ab accusatore committi potest; quando nimirum accusator reum in iudicium vocavit, & deinde ipse non comparet: per *l. 10. de publ. judic. l. 5. §. 1. de pœn. l. 3. C. de his, qui accus. non poss.* Rosbach *dict. cap. 6. n. 8. ubi n. 9.* formulam accusandi contumaciam accusatoris exhibet. Stranch in *Disp. de contumac. c. 3. lb. 16.* Ex quo prono fluit alveo, si reus ex justa causa absit, vel in Asyllo privilegiato existat, eique salvus conductus petitus absque legitima ratione denegetur, vel ad locum non tutum citetur Dn. Præses in *Decis. s. Resolut. Tübingens. 1830. per 101. & cumprimis n. 9. & 999.* quod tunc non in vera contumacia sit, ideoque nec in contumaciam contra eum valdè procedi queat. Fatinac. in *Pr. crim. lib. 1. q. 11. n. 50. & 999.* cum omnis causa excuset à dolosa contumacia. *l. 53. §. 2. l. 54. §. 1. l. 60. de re judic. l. 2. si quis cant. in judic. sibi.* Stryk in *Disp. de Impedim. legal. cap. 3. Uberty de citatione cap. 14. n. 434. cum 999.* Dn. Præses in *Tract. de processu summi Appellat. Tribun. Duc. Wurtemb. cap. 5. §. 4.* Quamvis autem adlit vera & dolosa contumacia, ulterius tamen requiritur, ut ab accusatore in processu acuatorio & banni accusetur, & admissio ad processum contumaciale & banni cum citatione petatur. Rosbach in *Processu crim. lib. 1. cap. 6. n. 11.* ubi formula exhibetur: Müller ad Struv. *Exercit. 49. lb. 96. lit. d. Carpz. in praxi crim. quest. 140. n. 57. 74. & 85.* In processu vero inquisitorio ob publicum interesse ex officio in contumaciam procedi potest, dummodo ex iis non negligantur, quæ lege, statuto vel consuetudine observari debent. *Mev. p. 8. dec. 357.* cum delicta ex officio puniendi sint, ut unius pœna metus possit esse multorum. D. Bœhmer in *Disp. de iudice ex officio procedente. cap. 1. §. 8. & 9.* Uti quoque proced-

sum

sum banni ex officio decerni posse admittit Frölich de Frölichsburg, *tr. r. lib. 4. tit. 23. n. 35.*

§. 16.

Præmissis hæcenus adductis jam ad ipsum modum & ordinem procedendi progrediendum & prænotandum: quod Jura civilia & Saxonica ac provincialia cum observantia admodum inter se differant & variant, ita ut omnis confusio sollicitè evitanda sit. Jus namque civile, quod Jus Carolinum *art. 155. & 206.* in Ord. crimin. eatenus non mutavit, processum contumacialem in criminalibus causis, quæ pœnam corporalem vel ultimi supplicii post se trahunt, plane prohibet, adeo ut contra absentem nec accusatio nec specialis inquisitio institui, nec testes ad perpetuam rei memoriam examinari queant. Carpz. *in Praxi crim. q. 140. n. 2. & 3.* Blumlacher *ad Ord. crim. art. 155. n. 2.* Facinac. *de testibus q. 67. p. 4. n. 117.* Nisi quod in criminibus levioribus & exceptis gravioribus aliud cautum juxta §. 1. & 6. cum sqq. idemque in casibus quoque exceptis rara & pauca de modo procedendi contra absentes determinat, ut proinde regulam ponere liceat, quod regulariter contra absentes, sicuti contra præsentis processus criminalis adornandus sit, nisi quod illa, quæ absentia rei prohibet, à tali processu contumaciali sponte exulent, & nisi aliud statutum sit vel legitime receptum. confer. D. Frommann *in Disp. de execut. in effig. th. 57.* Processus enim in genere magis ex Reecessibus Imperii, Juribus provincialibus, praxi judiciali & Jure canonico addiscendus. Lauterb. *in Coll. Th. Pr. prolegom. §. f.* Stryck *introducet. ad prax. Forens. cap. 1. §. 6.* & in singulis fere provinciis peculiaris modus obtinet, ideo quæ de processu contra absentes ex Jure civili dicuntur, exigui in Germania usus sunt, ex mente Titii, notante Mollenbecio *in thesaur. jur. civ. ad tit. Compend. Schüz. de requir. reis, vel absent. dammand.* In Saxonia & multis aliis locis, quæ supra §. 2. adducta, processus banni obtinet, qui eatenus in Ordin. crim. art. 155. approbatus, neque tamen merita causæ & defensionem innocentæ admittit juxta Dn. à Lyncker, *vol. 1. Resp. 7. per tot. §. n. 2. 6. 8. 15. & 24.* Inspicienda igitur ante omnia statuta & consuetudines: Modusque tamen procedendi mirè itidem variat, cum in multis locis & casibus ad bannum vel executionem in effigie vel in cadaver procedatur. Hoc interim extra dotationis aleam positum manet, quod noster processus contumacialis semper subsidiarius sit, & tunc demum locum habeat, si reus fugitivus vel difficulter vel planè non apprehendi queat. Müller *ad Struv. Exercitat. 49. th. 96. lit. d.* Cum primis autem ad extraordinariam & imaginariam executionem minimè confugiendum, quando

veræ & ordinariæ locus esse potest. arg. l. 16. de minor. 25. ann. l. 7. de do-
lo malo. D. Frommann in Disp. de execut. in effig. ib. 22.

§. 17.

Quod si igitur omnia requisita adsunt, & reus frustra tentatis omni-
bus remediis ex fuga reduci, & in potestatem redigi nequeat, & tamen
publica salus ac securitas exemplum exposcant, neque processum inter-
mittere, suspendere ac ulterius differre expediat, contra reum absentem
modo in iuribus recepto tandem est procedendum, & si fugitivus ante
litem contestatam contumax est, tunc in processu accusatorio, & in Du-
catu Wirtembergico speciali Serenissimi rescripto permissio coram judi-
cio criminali, vor gehegtem Hals- oder Malefiz- Gericht, adhibitis
debitis solemnitatibus & prævia legitimatione ab accusatore seu fiscali, li-
bellus accusatorius est porrigendus & prælegendus cum petito in princi-
pali, Witus *Consil. crimin. V. p. 382.* insimulque admissio ad processum
contra absentem ac citatio edictalis & peremptoria debitè petenda: Et si
requisita adducta haud deficiunt, iudex criminalis peremptoriam citationem
& edictalem per Interlocutoriam decernere debet; & deinde elapso ter-
mino & fugitivo emanente, contumacia ejus ab accusatore coram iudicio
criminali debitè accusanda, & petendum, ut lis pro negativè contestata
accipiat, ac accusator, si opus est, ad probandum admittatur. Matth.
de crimin. lib. 48. tit. 20. cap. 2. §. 17. p. 632. Quo facto iudex criminalis,
si de insinuatione ritè factæ peremptoriæ citationis constat, processum in
contumaciam per interlocutoriam permittit, litem ex officio pro negativè
contestata accipit, reumque ad probandum modo consueto admittit, &
Commissarium constituit: Probatione peracta, deductio probationis,
Probations-Schrift porrigitur, & in causâ submittitur. Videtur equi-
dem hic graviter obstare, quod in causis civilibus processum contumacia-
lis ante litem contestatam de iure civili permissus haud sit. Dn. Præl.
in Disp. de processu in contumac. §. 6. & 13. Quicquid autem hujus sit,
iure noyiori Ord. Camer. p. 3. tit. 43. §. 1. *Recess. Imp. de An. 1654. §.*
36. in praxi ferè recepto, & in causis criminalibus, cum delicta impu-
nita non relinquenda, sed iudex ex officio illa punire debeat, hunc pro-
cessum contumacialem ante litem contestatam facilius permittendum esse
judicant. Jus sane civile generaliter & sine distinctione dicit, quod &
absenti pœna levis usque ad relegationem imponi queat. l. 5. de pœn. l. 1.
an per alium appellat. Quoad causas criminales majores & exceptas itidem
generaliter in textibus legitur, quod absens possit defendi & damnari. l. 3.
C. de accusat. l. 33. §. 2. de procurat. In specie autem in crimine perduc-
lionis

lionis leges accusationem post mortem inchoari & instaurari permittunt. licet lis nondum contestata fuerit. *l. ff. l. 6. pr. C. ad L. Jul. Majest. §. 3. de Judic. publ. §. 5. §. de Hæredit. qua ab intestato.* & in crimine hæreseos, ubi post mortem ejus memoria damnatur, testes ante litem quoque contestatam itidem examinari possunt juxta Farinac. *de testibus q. 76. p. 4. n. 119.* Uti quoque res ipsa loquitur, quod in criminibus defertionis à militia & duelli contra delinquentes absentes omnicaſu condemnatione & executione procedi queat, juxta §. 8. adde quod processus banni in Saxonia, Franconia, aliisque multis locis Germaniæ usitatus, qui tamen est accusatorius. *Cz. in Praxi crim. q. 140. n. 57. § 99.* Ludovici *cap. 3. §. 28.* ante litem contestatam, & si reus in continenti delicto admisso fugiat, institui queat, hincque alius modus citandi & procedendi in unübernächtygen Ehaten præstitutus. *Cz. q. 140. n. 62.* Ludovici *cap. 3. §. 31. § 33.* *Mev. ad 7. L. lib. 5. tit. 4. art. 3. n. 14. in addit.* In Processu inquisitorio minus dubii suppetit, quin ante reſponſionem rei, utpote quæ in processu inquisitorio loco litis contestationis est, in casibus licitis contra inquisitum contumacem procedi queat, cum Jus canonicum ante litem contestatam examen testium & inquisitionem permittat in *cap. 8. X. de dolo & contum. § cap. 5. vers. (sunt & alii casus) X. ut lue non contestata non procedatur.* Farinac. *de testibus q. 76. p. 4. n. 116. § 117.* Quod si verò post litem semel contestatam & reſponſiones à reo datas reus auſugerit & contumax sit, tunc itidem absents citatio peremptoria petenda, & si emanat, processus in contumaciam urgendus, & si per interlocutoriam permissus, probatio peragenda, & ut multa paucis complectamur, processus in eo statu, quo fuit tempore fugæ, continuandus & legitimo modo ad finem perducendus, & in causa concludendum est, sicuti in causis civilibus juris est; nisi quod in Saxonia relicto processu inquisitorio deveniendum sit ad processum banni ordinarium. *Cz. in proc. tit. 1. art. 4. n. 21. § praxi crim. q. 140. n. 57.*

§. 18.

Quod si igitur Judex criminalis accusatorem legitimum per sententiam interlocutoriam ad processum in contumaciam & ad probandum admiserit, tunc probatio juxta formam juris vulgarem peragenda. D. Frommann in *Disp. de execut. in effig. th. 56.* Contumacia enim sola non sufficit ad condemnandum reum, sed ultra contumaciam veræ probationes delicti requiruntur, Rosbach in *proc. crim. tit. 1. cap. 6. post n. 13. Coroll. 1.* neque ea amissionem causæ post se trahit. D. D. Harpprecht *Consil. nov. 83 n. 30.* Nequetalis de Jure civili pro confesso & convicto haberi potest. *l. 13. §.*

2. § 3. C. de judic. Farinac. q. 11. n. 3. Uti quoque in processu banni probatio juxta Ord. Crim. Bamberg. art. 230. § 239 apud Ludovici in *proc. crim.* pag. 276. Brandenburg. art. 234. § 243. & in Saxonia, Cz. q. 140. n. 99. § 99. Franconia, Kirchgelsnerus p. 4. cap. 8. n. 51. p. 180. in fine. & Hassia, Ord. Crim. Hafs art. 99. fieri debet; quod si igitur probatio per testes peragenda, & reus latet, neque defensor adest, tunc testes absque interrogatoriis cumprimis in processu inquisitorio examinantur, & altera parte absente jurant; utpote quæ ob absentiam cessant. D. Frommann in *Disp. cit. ib.* 56. Mevius p. 6. dec. 292. ubi tamen graviter instaurit officium judicis, quod in omnes circumstantias delicti eo diligentius inquirere, articulos & interrogatoria ex officio conficere, & testium personas ac dicta eo accuratius ponderare debeat, ne injustitia committatur.

§ 19.

Interdum reus præsens est, & respondere per contumaciam detrectat; quo casu reus in delictis levioribus multa, captis pignoribus, aliisque remediis ad respondendum cogi potest. D. Böhmer in *Disp. de contumacia non respondentis. c. 2. §. 2. & 3.* Brunnemann in *Proc. Inquis. c. 8. n. 78.* quod si autem hac pœna contumacia ejus frangi non possit, fiscalis s. accusator de Jure Civili se ad probandum iridem accingere debet. Brunnemann in *proc. inquisi. c. 8. m. 1. n. 80.* Cz. in *Praxi crim. q. 113. n. 59.* Böhmer d. *Disp. c. 2. §. 2.* ita ut si exinde de delicto notorie constet, & testibus convictus sit absens & contumax in respondendo juste condemnari queat. D. Böhmer c. 2. §. 3. quod si autem in Saxonia reo sub comminatione pœnæ confessi & convicti responsio injuncta, & ille nec tunc quidem respondet, extraordinariam mitioremque pœnam magis dictandam esse suadet. Cz. d. q. 113. n. 59. B. D. Grassl. in *Disp. de quasi confessione c. 2. §. 6.* contumacia enim non respondentis in criminalibus non habetur pro confessione vera, sed saltem ficta est probatio, cum tamen in criminalibus clarissime probationes exigantur, Manz. ad ord. crim. art. 62. n. 17. In delictis autem gravioribus, quæ ad pœnam corporis afflictivam vel ultimi supplicii tendunt, per torturam, reliquis accedentibus requisitis ad processum & torturam necessariis, æquè in processu accusatorio ac inquisitorio, à reo responsio per contemtum denegata extorqueri potest, si omnes admonitiones frustra adhibita, nec duriori carcere sub aqua & pane aliisque modis responsio ab eo haberi, & contumacia ejus rumpi nequeat, neque tamen alia justa causa responsionem denegandi adsit, ne aliàs quilibet reus sua contumacia facili negotio supplicium posset effugere. D. Böhmer c. 2. §. 4. § 99. B. D. D. Harpprecht *Conf. nov. 83. n. 96. & § 99.* Ludovici in *der Einleitung*

leitung zum peinlichen Proceß. c. 5. §. 10. cum seq. ubi requisita plura recensent B. D. D. Grals in *Disp. de quasi Confessione cap. 2. §. 6.* Frölich de Frölichsburg. *lib. 2. tit. 2. pag. 107. & seqq.* & si reus literas à se scriptas & sigilla cognoscere malitiosè detrectat, illa pro recognitis non acceptantur, sed in gravioribus delictis ad comparationem literarum perveniendum, & exinde indicium pro prudentis judicis arbitrio desumendum, ut contumax eo magis de crimine convinci queat. D. D. Harpprecht *Cons. 37. n. 30. & seqq.* D. Böhmer c. 2. §. 12. Roding in *Pand. Camer. lib. 3. tit. 42. §. 12.* Denique si ratificationem confessionis in tortura factæ detrectat, tortura repetitur perinde ac si revocasset; & si post tertiam torturam in ratificatione contumax esset, tandem pœna extraordinaria dictanda. Cz. in *Prax. crim. q. 126. n. 74. seqq.* D. Böhmer c. 2. n. 13. Brunnemann in *proc. inquisit. c. 10. n. 22.* Stryck in *U. M. §. 14.* Lauterb. in *Coll. Th. Pr. §. 62. de quæstion.*

§. 20.

Illud porro in quæstionem venit, an in hoc processu contumaciali eoque criminali, quatenus contra absentes licitus est, & absens condemnari potest, procurator sit admittendus? & sane non saltem in delictis levioribus Cz. in *proc. crim. q. 105. n. 77. cum seqq.* Frölich de Frölichsburg in *Comment. ad Ordinat. crim. lib. 4. tit. 20. n. 7. & seqq.* sed contra ordinariam regulam, in genere ubi absens condemnari potest, talem minime rejiciunt. per l. 33. §. 2. l. 39. §. fin. de *procurat. l. 3. C. de accusat. l. 1. an per alium appellat. Farinac. in praxi crim. q. 99. n. 66. & n. 223. cum seqq.* Menoch. in *arbitrar. Jud. quæst. lib. 1. q. 80. n. 133. & 73. cum seqq.* Tabor de *confrontatione Coroll. de defensione rei absent. cap. 1. ib. 11. cap. 3. ib. 4. cap. 4. ib. 1. cap. 5. ib. 3.* Brunnemann in *proc. inquisitor. cap. 8. m. 6. n. 9.* D. Frommann in *Disp. de execut. in effigie ib. 55.* Coccejus *cit. Disp. c. 2. §. 4. & 20.* Joh. Voët. n. 14. de *procurat.* quamvis defensores potius eum nominare velint Brunnemann *cit. loco.* Farinac. n. 225. 230. & 251. Hilliger ad *Donell. lib. 18. c. 10. p. 343.* contra quos tamen disputat Granz in *Tr. de defensor. inquisitor. Sect. 2. c. 4. m. 1. n. 11.* & cum textibus procuratores in sensu tamen improprio nominandos esse contendit. Hoc interim negari nequit, quod talis defensor, si reus mortuus, vel procuratorium nullum producere queat, procuratoris nomen non mereatur. quanquam nihilominus omnibus in casibus defensor, qui testes quoque nominare & interrogatoria conficere potest, Farinac. in *prax. crim. quæst. 99. n. 231.* admittendus, imo ex officio constituendus sit. D. Hertius *Resp. 399. n. 2. & Resp. 430. n. 16. Resp. 434. n. 6. & 12.* maxime, si memoria rei damnanda, l. f. ad L. *Jul. Maj. Farinac. q. 99. n. 210.* Stryck de *Jure sens. Diss. 8. c. 4. n. 9. & seqq.* vel tertius

tius per testes innocentiam fugitivi in continenti probare velit. Menoch. de Arb. Jud. Qq. lib. 1. q. 80. n. 95. Brunnemann ad l. 33. n. 5. de procurat. imo in genere omnia, quæ ad defensionem necessaria videntur, absentibus concedenda, ne absens indefensus maneat, cum tamen defensio sit Juris Naturæ. Coccejus Cap. 2. §. 4. Uti quoque in processu banni defensor admittendus. Ludovici in **peinlichen Process** cap. 3. §. 38. Hert. C. 434. n. 9. ac in ord. crim. Bamberg. art. 246. Brandenb. Baruth. art. 244. procurator non nisi causas absentia, v. g. quod morbo impeditus venire non poterit, allegare valet.

§ 21.

Interdum accusator potest etiam contumax esse, juxta §. 12. & tunc reus petere potest, ut pro contumace declaretur, ipsique perpetuum silentium imponatur, & ut ab instantia absolvatur cum refusione expensarum, juxta traditam formulam Rosbach tit. 1. c. 6. n. 8. & 9. quamvis Strauch in Disput. de contumac. c. 3. th. 16. in alias abeat partes, & reo facultatem petendi deneger, ut ab observatione judicii absolvatur, sed ut judicis officium accusatoris vices suppleat, ita ut in causa principali omnino, si magistratus ipse velit, procedendum sit. Jul. Clarus recept. sentent. §. fin. n. 9. & 11. Vultejus jurispr. Romana lib. 2. c. 30. in Jure provinciali Alemanni. cap. 390. fol. 226. apud Joh. Schilter in Thesaur. Antiquit. Teutonic. tom. 2. cautum est, quod reo postea se sistente actor judici non proponens actionem multam & reo emendam dare debeat, reusque absolvatur ab actione. Sachsen-Spiegel lib. 2. art. 8. In Praxi hic casus, quia privati accusatores rari, erit infrequens neque hæsitandum, quin Judex ex officio in causa principali procedere, aliumque fiscalem statim substituere queat.

§. 22.

Ubi obtinet processus banni, nam ob difficultates & sumtus sæpius omittitur vel differtur, Ludovici in **der Einleitung zum peinlichen Process**, c. 3. §. 25. ibi secundum morem receptum procedendum, quem in Episcopatu Bambergensi ordinatio crim. Bamberg. art. 233. usque ad §. 252. specificè præscribit, cum qua Brandenburgica de An. 1585. art. 229. usque ad art. 248. verbotenus conspirat, & in Episcopatu Würceburg. rationem procedendi in bannum late recenset Kirchgelsnerus in Tribunal. Nemes. justè judic. oder Richtersstuhl der rechtrichtenden Gerechtigkeith / das ist / ausführlicher gründlicher Bericht von den Bann / Blut und peinlichen Gerichten 2c. 2c. p. 4. c. 8. p. 181. bis p. 190. in Saxonia describitur à Carpzov. in Prax. crim. quest. 140. und im peinlichen



lichen Sächsischen Inquisitionis und Rechts-Proceß tit. 15. p. 230. usque ad finem. Keyser in *Praxi crim.* 1. c. 2. Ludovici in *der Einleitung zum peinlichen Proceß cap. 3. Volckmann emendatus. p. 2. c. 9.* qualis in Comitatu Tyrolensi obtineat, tradit Joh. Christ. Frölich de Frölichsburg in *Comment. ad ordinat. crim. p. 1. lib. 4. tit. 20. p. 350 cum sqq.* & ordo procedendi in bannum Juris Lubecensis legi potest apud Mevium ad *7. L. lib. 4. tit. 2. art. 1. n. 16. § sqq. § lib. 4. tit. 27. art. 1. § lib. 5. tit. 4. art. 3.* Jure Hamburgensi post publicum proclama peremptorium, propositum libellum, & peractam probationem bannum demum decernitur. Jus Hamburg. p. 4. tit. 20. § sq. art. 19 p. 362. Jus denique Alemannicum *cap. 205. ex Edit. Schilt. pag. 122. § Sachsen-Spiegel lib. 2. art. 45. fol. 319. ex Edit. Ludov. contra præsentem & deinde fugientem reum absque mora præscriptionem faciendam esse dicitur.* Communiter in hoc processu banni contra absentes præcedit das Zetter-Geschrey, & repetitur tribus vicibus. *Ordinat. Bamberg. art. 233. Brandenburg. art. 237. D. Malscov. in Disp. de clamore violentia, vulgò Zetter-Geschrey ib. 6. § sqq.* Ludovici & Beyeris ad *Ord. crim. Caroli VII. art. 87.* ubi formulæ legi possunt. Omnibus ita ritè ac legitimè adhibitis sequitur sententia banni, quales sententiæ legi possunt in *Ord. Crim. Bamberg. art. 241. Brandenb. art. 245. Würzburg. apud Kirchgessnerum p. 184 § 189. cum sqq. Beyer ad tit. π de accusat. post 9. lit. c. Mev. ad 7. L. lib. 4. tit. 17. n. 19. Cz. q. 140. n. 77.* quæ accessaria est, licet reus condemnatus ad ultimum supplicium post sententiam demum aufugerit. *Mev. Conf. 78. n. 10. 20. § 83.* ita ut bannum superius antea non decernatur, nisi primum præcesserit, & ita in primum declaratus bannum intra annum se non purgaverit. *Beyer ad ord. crim. art. 151. § sqq. pos. 22. Dn. à Wernher vol. 1. p. 2. obs. 457. p. 917.* nam in Saxonia post primum bannum superius ac secundum bannum obtinet, *Obtschyt,* & si intra annum se non purgaverit, incidit post annum in bannum superius & secundum, præcedente accusatoris imploratione, & citatione rei preemptoria. *Cz. q. 140. n. 80. § sqq. § n. 111. cum sqq. Elaias Puffendorff in Introd. in Process. crim. Lüneburg. cap. 12. § 8.*

§. 23.

Quodsi processus in contumaciam ritè ac legitimè ad finem perductus, tunc causæ cognitio accurata adhibenda, & in omnes circumstantias inquirendum; l. 7. §. 3. ad *L. Jul. Majest.* Mev. ad *7. L. lib. 4. tit. 17. art. 1. n. 12.* cum primis sollicitè ante omnia ponderandum, an formale & materiale rectè sese habeant, & numne plena probatio adsit? cogitandum porro, quòd hæc causæ criminales ob absentiam majoribus difficultatibus obnoxie sint, apud

D

apud Collegia igitur Juridica consulendum, ne peccetur. D. Frommann
 in *differ. act. civil. & crim. quoad act. exercit.* §. 69. Hisc probè observa-
 tis, si ex actis appareat, reum per plenam probationem convictum, con-
 demnandus is est eo modo, ac natura delicti desiderat, ita ut ipsi pena legi-
 bus conformis & præstituta imponatur. Econtra si innocens repertus,
 justitia postulat absolutionem. *arg. l. 19. de pen.* Müller ad Struv. *Exercit.*
 49. th. 96. in not. in fin. Joh. Voët. n. 2. de *requir. vel absent. damn.* Inno-
 centiæ sanè favor magnus, & Judicis est, innocentem cumprimis in deli-
 ctis in judicio absolvere. *l. 37. d. R. 7. l. 3. d. Re. Jud.* D. Frommann in
Disp. de innocentia præfido. th. 21. neque sola contumacia importat pericu-
 lum & amissionem causæ principalis. *arg. l. 13. §. 2. & 3. C. de Judic. l. f.*
ad Scium Trebellian. l. 1. C. quomodo & quando judex. Nov. 112. cap. 3. l.
73. de judic. l. 27. §. fin. d. liber. causa. adeo ut deinde in aliis Judiciis su-
 per eodem delicto inquietari nequeat, sed exceptionem rei judicate ha-
 beat. *l. pen. §. fin. de nau. cap. & stab. l. 6. C. de accusat.* D. Böhmer *n. fin.*
de re judic. D. Frommann in *Disp. de execut. in effig.* th. 58. ubi tamen rectè
 addit, quod in casu, si saltem ab instantia absolutus, aliud dicendum, & ob
 nova indicia causâ denuo ad manus recipi queat; quod si vero probatio
 dubia, neque veritas exinde haberi potest, hoc casu ad sententiam vel exe-
 cutionem minime deveniendum est, sed cumprimis in capitalibus ac gra-
 vissimis delictis, si non manifestò de iis appareat, proniores debemus esse
 ad absolvendum quàm ad condemnandum. *arg. l. 47. de O. & A. l. 5. de*
pen. D. Frommann in *Disp. de execut. in effig.* th. 56. maxime si contra mor-
 tuum sententia ferenda; forsitan enim, si vivus & præfens esset, purgare
 indicia & suam innocentiam demonstrare posset. Stryck *de 7. §. diff. 6.*
c. 4. n. 10. hinc in casu, ubi reus indicii criminis perduellionis gravatus
 videbatur, ita ut ea vivus per contrariam probationem elidere, vel tortura
 suam innocentiam probare obligatus fuisset, post mortem ejus, deficiente
 plena & infallibili probatione ac defensione, cum processus, dum vitam
 agebat, non motus, petita confiscatio bonorum optimè ac piè denegata
 fuit in sententia à Cz. in *Praxi crim. g. 41. n. 107.* Interdum vero, si de
 innocentia certo non constat, sed potius plura indicia & suspiciones contra
 reum militent, & tamen tortura propter absentiam adhiberi nequit, judi-
 cium abrumpendum & sistendum, aliaque occasio expectanda, & omni
 ope eo nitendum est, ut reus in potestatem reducatur, vel pro re nata ab
 instantia saltem absolutio facienda, quamvis prior modus securior & uti-
 lior, quia tota causâ intacta & salva manet.

§. 24.

Sententia quoque condemnatoria ritè & legitimè lata, sicque valida, Farinac. *lib. 1. q. 11. n. 34. § 199. § n. 48.* executioni danda, eo modo, quo fieri potest, & in delictis levioribus multa ex bonis annotatis solvenda, remotio ab officio & dignitate facienda, & relegatio in publico loco consueto, interdum ad patibulum ob desertionem militiæ assignanda: In delictis gravioribus exceptis, ubi absentes condemnari possunt, pœna confiscationis D. Frommann *alleg. Disp. th. 73. Capitul. Caroli V Iti art. 2 r.* capris, laquei, ignis, dissectionis in partes locum habere potest: prout in effigie Cornificii, Comitum de Uhlefeld absentis caput & dextra amputata, & reliquum corpus in partes discerptum, Theatr. Europ. *tom 9. ad A. 1663 fol. 1002. Coccejus cit. Disp. c. 2. §. 19. c. 3. §. 13.* Stryck *§. 8. ad L. Jul. Majest. Philippi in usu pratico Institut. lib. 4. Eccloga. 80. n. 9. Klein cu. Disp. c. 1. n. 55.* & Ducis Rohanæi effigies in 4. partes discerpta, & gentilium stemma in ignes projectum, & fide Grammondi *lib. 17. A. 1628.* referente Frommanno *ib. 43.* & executio in effigie Principis Condæi An. 1654 Theatr. Europ. *v. 8. p. 590. Granz. c. 4. m. 2. Sect. 2. art. 1. n. 40. p. 246.* quomodo declaratio banni in Electores Coloniensem & Bavarum An. 1706. facta, legi potest apud Fabrum *in der Staats- Canzley. p. 11. c. 11.* Stryck *in U. M. §. 3. ad L. Jul. de vi publ. vel, si mortuus plene convictus in delictis gravioribus condemnari potest, executio in cadaver facienda, modo latius descripto à D. Kleinio in Disp. de execut. in cadaver. qui cap. 4. n. 6. § 99.* plura exempla de hæreticis refert, ubi cadavera mortuorum, v. g. Hermanni Pontificis, Marci Antonii de Dominis, Almarici Cartonensis, Davidis, Georgii, aliàs Joh. de Brügge dicti, Martini Bucerii & Pauli Fagii, igne cum libris concremata. Coccej. *c. 1. §. 31. c. 3. §. 13. § 19.* uti quoque Oliverii Cromwelli cadaver ob crimen perduellionis patibulo suspensum, deinde capite truncatum, & sub patibulo sepultum. Theatr. Europ. *tom 9. ad An. 1662. fol. 388.* & Nicolai Hostii cadaver ob prodita consilia secretiora in 4. partes disruptum, & in terrorem aliorum publicè suspensum An. 1604. Papon. *de Arrest. Franc. lib. 24. tit. 14.* Klein *cap. 4. n. 5.* ut Casparis Colini Magni Franciæ Thalassiarchi exemplum taceamus. Thuanus *lib. 53. in med. ad Annum 1572.* Coccej. *c. 2. §. 19. c. 3. §. 13. § 18.* Klein *c. 1. n. 54. c. 4. cit. Disp. Granz de defens. inquisi. c. 4. m. 2. sect. 2. art. 1. n. 40.* An vero hæc condemnationes & executiones ubique jure an injuria factæ, hujus loci non est examinare: in pœnis corporis afflictivis tamen executionem in effigie communiter excludere solent D. Frommann *th. 19.* D. Behmer *§. 331. in not. sect. 1. § 19.*

§. 25.

Effectus banni primi in eo consistit, ut reus absens in contumaciam pro confesso & convicto habeatur, ita ut in territorio bannientis à quolibet tanquam de crimine convictus capi, & executioni iudicis bannientistradi queat. Cz. in Pr. Crim. q. 140. n. 94. § 99. Ludovici in Peinl. Proc. c. 4. §. 41. & § 99. D. Boehmer in Elem. Jurispr. crim. Sect. 1. cap. 19. §. 314. § 99. Non videtur ut propterea à quolibet privato occidi possit: Schulz in Disp. de Edictal. citat. c. 5. §. 2. § 99. Cz. in processu tit. 7. art. 4 n. 58. § 99. & praxi crim. q. 140. n. 94. § 131. cum § 99. Esajas Puffendorff introduct. in process. crim. Luneburg. cap. 12. §. 10. ubi ex Carpzovio q. 140. n. f. addit, pœnam tamen saltem extraordinariam locum habere, si qui bannitum occiderit. D. Boehmer Sect. 1. c. 19. §. 317. Ita ut in formula: Sein Leib und Leben, wie eines Vogels in der Luft, jedermann gemein erlaubt wird, sententiæ in Saxonia usitata vocabulum, Leib, sine effectu stet, juxta Ludovicum c. 3. §. 41. hinc in Ord. crim. Bamberg. art. 241. ibique Dn. Ludovici, & Brandenburg, art. 245. per verba finalia, der dich angreiffst, restrictionem factam esse ad capturam notat Dn. Ludovici ad art. 41. Ord. Bamberg. Optime vero rem explicat Ordinatio crim. Hassiaca art. 99. hisce verbis: Welche Acht auch Leib und Gut erlaubt, doch also nach Vermögen der Recht, und so er persönlich ergriffen wird, daß er dannoch das Leben allein auff die gesprochene Acht nicht verlihren solle, es seye dann, daß seine Mißthat zuvor erweist, und außsündig gemacht seye. Interdum ex bonis annotatis fugitivorum non saltem expensæ & multæ solvuntur, sed etiam rei pro contumacibus declarantur usque relegatis jus civitatis adimitur. Testante Sigism. Witt. Profess. Friburg. Consil. crim. 5. pag. 386. & 387. Conf. Frommann. Disp. cit. th. 69. Ubi quoque Puffendorff in introduct. in process. crim. Luneburg, cap. 12. §. 16. refert quod olim in præfectura Winsensensi ad Alleram obtinuerit, ut acquisita homicidæ fugitivi & in fuga demortui bona non patri ut legitimo hæredi sed viduæ & proximis cognatis occisi adjudicarentur. Et si sequitur superius bannum, Oberacht, iterum & quidem non saltem in districtu iudicii, verum etiam in tota provincia pro confesso & convicto habetur, infamis sit, & bona ejus confiscantur. Cz. q. 140. n. 111. § 99. Ludovici c. 3. §. 45. ubi §. 42. adnotatur quod in specie in Saxo-Gothano Ducatu hæc duo banna interdum conjungi soleant. Boehmer Sect. 1. c. 19. §. 318. Cavendum tamen, ne hic bannum Imperii universale confundatur, quod utique cum primis in crimine perduellionis majores effectus producere solet, & nonnisi ab Imperatore

ratore & Camera Imperii decernitur, vid. *Capit. Caroli Sexti art. 20.* Titius in *Jure publ. lib. 6. c. 2. §. 59. & 599.* Stryck in *U. M. §. 23. de judic.* Schæpf-fer n. 5. ad *L. Jul. Majest. §. n. 9. de cap. minut.* Beyer *lit. m. ad tit. de Interdict. & relegat.* Add. D. Frommann *Disp. th. 67.*

§. 26.

Si quis in contumaciam condemnatus ac pro confesso & convicto habetur, an deinde infamis fiat, negant D. D. licet aliis delictum tale sit, quod famam confessi vel convicti commaculet. Cz. in *Praxi crim. q. 94 n. 89. & 90.* Böhmer n. 6, de *his qui not. infam.* Dn. à Wernher *vol. 5 p. 8 obs. 495.* Sicuti quoque primo banno in contumaciam punitum ab infamia eximunt Cz. in *Praxi crimin. q. 140 n. 116.* Cum ad sit hic saltem ficta probatio, quæ ad condemnandum & ad infamiam non sufficit. Cz. in *Praxi crim. q. 1. 6. n. 77.* Böhmer *Element. jurispr. crim. c. 11. §. 179. & c. 19. §. 314.* Quicquid autem hujus sit, quando reus absens legitimo processu in contumaciam convictus & ob delictum publicum, *L. 7. de publ. judic.* vel aliud famosum plenè probatum condemnatus, tunc in infamiam regulæ reumque infamem fieri pronuntiamus, cum requisita infamiae inveniendæ adsint, D. Frommann *Disp. de exec. in effig. th. 83.* Denique fugiens propter delictum contumaciæ semper in expensas condemnandus est, licet de cætero vincat in causa principali, Matth. de *crim. lib. 4. tit. 20 c. 2. p. 634. §. 22.* Fölich de *Frölichsburg ad Ord. crim. n. 1. lib. 4. tit. 20. p. 354.* D. Heitius *C. 436. n. 5.*

§. 27.

Quod si reus post sententiam condemnatoriam & executionem in effigie factam redeat, vel in potestatem judicis redigatur, an executio in corpore vera statim suscipi, an vero cognitio denuo præmittenda, defensionesque rei præsentis audiendæ sint, disputant D. D. Et sane si processus contra absentem iudicis ac legitime peractus, & reus apprehensus nihil ad sui defensionem adferre queat, sine ulteriori mora & absque novo processu pænæ per sententiam definitæ subijci potest. Farinac. *l. 1. q. 11. n. 3.* Mev. ad *7. L. l. 4. tit. 17. art. 1. n. 22.* Dn. à Wernher *vol. 1. p. 2. obs. 457. n. 2.* Cum executio hæc saltem imaginaria & subsidiaria facta sit, usque reus pænam lege definitam ac promeritam sustinuerit: adeoque illam secundum LL. justitiæ adhuc luere debet, cum obligatio pænæ ex lege, & sententia debita prius haud tollatur, quam tota illa exsoluta sit, & corpus æqualiter illam sustinuerit. Coccej. *c. 3. §. 14.* Frommann. *th. 57. & 59. cit. Disp.*

§. 28.

Quod si autem reus in sententia non acquiesceret, sed præsens defensionem peteret, & forte haberet, quæ sententiæ opponeret, & quæ innocentia ostendendæ gratia allegaret, non videmus, cur in rem gravitatem hominis concernente, non sit audiendus. Contumacem equidem beneficio appellacionis, ubi in criminalibus viget, & defensionis in processu inquisitorio indignum judicat D. Horn. in *Disp. de contumace non appellante*. §. 38. & 41. Hinc illam ad sistendam executionem in effigie itidem rejiciunt D. Frommann *alleg. Disp.* §. 60. Tobias Granz. *de defensionibus*. p. 2. c. 7. m. 5. n. 224. & 199. Enim vero in multis casibus exceptis appellacioni quoad causas civiles locum reliquit Dn. Præses in *Disp. de proc. in contumaciam* §. 23. qui in causis criminalibus facilius admittendi, cum sententia condemnatoria hic non transeat in rem judicatam. Dn. à Lyncker *dec.* 769. & 854. D. Bœhmer in *Disp. de sententiis in rem judic. non transeunt*. §. fin. & defensio ceu Juris Naturæ reo quoque invito usque ad mortem salva sit. l. 6. de *appellat.* Cum nemo sit membrorum suorum Dominus, & executio realis præsens periculum irreparabile post se trahat. Sin igitur reo plenissime audito defensio post sententiam quoque ex justa causa haud sit deneganda, nedum ei, qui absens, vel non nisi per procuratorem aut defensorem auditus fuit. D. Coccej. c. 3. §. 14. & 17. Granz *dist. loc. n.* 222. & 199. In specie si absens contra jura condemnatus, vel absque justa ac idonea causa executio in effigie facta, vel causa non ritè cognita, vel processus inordinatè & neglectis debitis requisitis gestus sit, quærelæ nullitatis locus est. Horn. §. 38. d. l. Brunnem. *ad l.* 6. C. de *accusat.* Vel si reus non in contemptum judicis, sed ex metu violentiæ & iniquitatis judicis absuit. D. Frommann §. 60. & 61. vel probatio innocentia non adeo obscure apparet, reo utique defensionis petita minime adimi debet. Denique si processus contra extraneum formatus, cujus nomen vel ignoravit iudex, vel etiam in cujus cognomine & patria erratum est, aut qui descriptus saltem fuit per signa, staturam, habitationem, vestes & alias circumstantias, constare debet ante omnia de persona delinquente, reusque prius ad confessionem adigendus, se esse in sententia nominatum, vel in effigie condemnatum; quod si enim ad condemnationem procedi nequeat, nisi de crimine apertè constet, multo minus ad executionem procedi potest, nisi corpus delicti cum persona certum sit, cum de majori præjudicio agatur in executione quam in condemnatione. Farinac. q. 11. n. 21. & 199. Mev. *ad P. L. l. 4. t. 17. art. 1. n. 10. & 199.* Granz p. 1. c. 5. m. 2. *sect.* 2. art. 5. n. 21. p. 472. Ludovici s. 3. §. 27.

§. 29. Quod

§. 29.

Quod attinet ad bannitum redeuntem, in gravioribus cumprimis delictis illum ad innocentiam deductionem admittendum, neque statim ad mortis pœnam condemnandum esse communiter concedunt. Licet enim pro confesso & convicto habendus, hoc tamen saltem sit præsumtive & fictione juris; ex præsumtionibus autem nemo ad pœnam mortis est condemnandus. *c. 4. de præsumt. c. 2. de confess. c. 7. de hæretic. in 6to.* sed plenè convictus vel confessus esse debet. *Ord. crim. art. 22. l. fin. C. de probat. hinc probationem in contrarium recte admittendam esse dicit Farinac q. 11. n. 6. § 99. & ord. crim. Car. V. art. 155. Bamberg, art. 180. Brandenburg, art. 182. aliàsque expresse hoc docent Cz. in Praxi crim. q. 140. n. 99. § 99. Ludovici c. 3. §. 42. Clasen ad Ord. crim. art. 155. Mynfinger C. 2. obs. 88. ibique Gùlich Kirchgessnerus p. 4. c. 8. p. 190. Coccej, cu. Disp. c. 1. §. 27. Böhmer Sect. 1. c. 19. §. 317. Hertius C. 434. n. 9.* Hunc tamen effectum fuga & bannum producit, quod talis contumax & bannitus rediens & negans delictum torturæ subijci, & tormentis prius ad confessionem adigi queat, si suam innocentiam docere nequit, & aliæ probationes ordinariæ deficiunt. *Cz. quæst. 140. n. 104. § 99. Ludovici ad art. 155. ord. crim. & in proc. crim. c. 3. §. 41. § 45. Keyser inproc. crim. p. 2. §. 50. Böhmer d. 11. §. 318. Granz d. 1. p. 469.*

§. 30.

De cætero dubio caret, quod si princeps redeunti novum processum & defensionem sponte concedat, hæc via præscripta ambulanda sit. *Frommann in Disp. de exec. in effig. §. 59.* qui ulterius in læpius laudata *Disp. ib. 62. usque ad finem* non solum plures effectus condemnationis contra absentes & executionis in effigie factæ adducit; sed etiam quatenus præscriptio, transactio, aggregatio, restitutio, mors rei hunc processum impediat ac tollat, porro enucleat, add. *D. Coccej, c. f. §. f. d. D.* Ne autem hic labor nimium excreseat, remittimus B. L. ad hos aliosque allegatos Auctores, & missis hisce sistimus gradum, DEO T. O. M. gratias maximas pro concessis vitibus humiliter agentes.

F I N I S.

Tübingen, Diss., 1732-35

ULB Halle 3
004 784 987



f

TA → OL Nr 1 + 18 Stück verknüpft





Vol. n. 10

Q. B. V. SS. T.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE

1433, 2.

PROCESSU
IN CONTUMACIAM
IN CAUSIS CRIMINALIBUS.

8

QUAM

RECTORE UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE ac DOMINO,
DOMINO

CAROLO CHRISTIANO
ERDMANNO,

DUCE WURTEMBERGÆ, TECCLE, OELSNE ac BERNSTADII reliq.
AUTORITATE MAGNIFICI JURISCONSULTORUM ORDINIS,

IN ILLUSTRIS ac PERANTIQUA

EBERHARDINA PATRIA,
SUB PRÆSIDIO

DOMINI

WOLFFGANGI ADAMI
SCHOEPFFII,

U. J. D. SEREN. WURTEMB. DUCIS CONSILIARII,
PANDECTARUM ET PRÆXEOS PROFESS. PUBL. ORDINARII,
DN. APTI & PRÆCEPTORIS SUMME DEVENERANDI,
PRO GRADU,

ET HONORIBUS IN UTROQUE JURE DOCTORALIBUS OBTINENDIS,
defendet

WOLFFGANGUS HENRICUS BACMEISTERUS, Tubing.
Supremi Appellationum Tribunalis Wirtemberg. Advoc.

Ad diem Septembr. A. MDCCXXXIII.

TUBINGÆ, LITTERIS SCHRAMMIANIS.